



Oratio

Novem Mensium ad Dominam Nostram de Guadalupe Recitanda a die XII mensis Martii usque ad XII diem Decembris MMXXIV

O Virgo Dei Mater, sub tuum praesidium confugimus tuamque contra tenebras mundum minantes et peccata Ecclesiam obscurantia intercessionem deprecamur. Te matrem nobis dedit Filius tuus Dominus Noster Iesus Christus, dum pro nostra salute in cruce pendebat. Te pariterque anno MDXXXI, dum tenebrae ac peccata obsidebant, misit Virginem Nostram de Guadalupe, in colle Tepeyac, quae, ad Eum qui est lux et salus unica, nos duceres.

Per apparitiones illic in Tepeyac imaginemque in pallio perpetuam tui kalonis, S. Ioannis Didaci, ad Divini fidem Filii conversa sunt millia animarum millium. Hanc novenam et consecrationem tibi offerimus, et auxilium tuum ad nostram conversionem quotidianam exoramus, quod etiam multis Eum non confidentibus prospicit. In domibus nostris et totam per patriam, duc nos ad Eum qui solus peccatum et tenebrarum potestates in cordibus et in mundo vincit.

Corda nostra ad Immaculatum Cor tuum iunge ut in Sacratissimo Corde Iesu secure et perpetuo maneamus. Semper esto Ductrix peregrinorum tuorum in hoc vitae itinere, ut cum Eo, ad domum caelestem perveniamus. Corda nostra una cum tuo, semper in promissam salutem et in indeficientem misericordiam erga omnes qui humili et contrito corde se vertunt, confidant. Per hanc novenam et consecrationem tibi, O Virgo de Guadalupe, duc omnes animas in America et per omnem terrarum orbem, ad Divinum Filium tuum, in cuius nomine oramus. Amen.

Raymundus Leo S.R.E. Cardinalis Burke

*Oratio novem menses continuos quotidie recitanda
a die XII mensis Martii usque ad XII diem Decembris inclusive MMXXIV*



AVERSAE FACIEI IMAGO MVSIVA D.N. DE GVADALVPE
APVD FABRICAM MVSIVAM VATICANAM FACTA
PRO SANCTVARII ECCLESIA D.N. DE GVADALVPE
IN OPPIDO CROSSENSI, VISCONSINIA

